



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholic[a]e, Nouatoribus contraria, Sæculi  
VII. Exempli gratia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

ultrò se pandit, ac S. reliquias ostendit. Varijs claruit miraculis, eximius Deiparæ cultor.

Intranti templum ad Matutinas id diuina luce coruscavit: accedens, aram Parthenicam conspicit. Deiparam in sella: quæ sic ad eum inquit; porrecta ei sacerdotali veste; Accipe, quod è thesauro Filij tibi munusculum trado, quo in nostræ vtaris festiuitate.

Me decorans laudibus dignus honore tali est. Dixit, & subumis abiit. Vestis miræ subtilitatis ac candoris in ecclesia Toleti asseruatur. Obijt an. 677.

S. IULIANVS Episc. Toletanus anno 680. scripsit contra Iudæos, & Prognosticon extremi iudicii: obijt an. 680.

ANASTASIVS Episcopus Nicænus sub annum 680.

SIMON METRAPHRATES. &c.  
ADHELMVS. &c.

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicæ, Nouatoribus contraria, Sæculi VII.

Exempli gratia.

I. *Missam esse Sacrificium* asserit hoc æuo *Seuerus Alexandrinus* in *Missâ Isidori*, de diuinis officijs. Et *Ioannes Casar Augustanus* de Ecclesiasticis officijs.

II. *In Eucharistia verum esse Corpus Christi* asserit *Casarius* homilia 5. *Isidorus* de Officijs, vt citat *Augustinum* lib. 6. *Originum* cap. 18. *Seuerus Alexandrinus* in *Liturgia*.

III. *Iustificacionem, & bona opera* docet

*Casarius* homilia 2. 4. 12. 15. *Isidorus* lib. 2. de summo bono, c. 2. & 5. *Adhelmus* epist. ad Geruntium.

IV. *Baptismum paruulorum ac Ritus illius* docet *Concilium Tolet.* IV. c. 5. *Isidorus* de summo bono c. 23. & lib. 6. *Ety. molog.* c. 18.

V. *Confessionem & Absolutionem sacramentalem* docet *Isidorus* l. 6. *Originum*.

VI. *Confirmationem per Chrisma* docet *Seuerus Alexander* in *Rituali*, *Isidorus* l. 6. *Ety. molog.* c. 18.

VII. *Purgatorium, & Orationem pro defunctis* docet *Isidorus* l. de *Offic.* *Casarius* Arelatenensis: *Seuerus* in *Liturgia*. *Metaphrastes* in *historijs Sanctorum*.

VIII. *Inuocationem Sanctorum* testatur *Seuerus* in *Liturgia*. *Ildefonsus* in *Virgine*. *Metaphrastes* in *Vit. Sanct.*

IX. *Imagines sanctorum* asserit *Concilium Oecumenicum VI.* *Constantinop.*

Hæresiarchæ in Sæculo VII. dissoni Papis.

MONOTHEITÆ, sic dicti, quod vnam voluntatem & vnam Operationem Christo tribuerent, ortum repetunt ex Ægypto inde ab anno 535. quando ab *Seuero Pisidiano*, sed *Apocrifario Constantinopolitano*, complures sunt hæreses progressæ; (de quo superiore sæculo.) Cumq; iidem nati ab eodẽ sunt *Monophysitæ*, qui vnam naturam Christo assignabant:

*Tetradite*, *Theopaschite*, *Apharodocite*, qui à dogmatib. tunc confictis môstro-